



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De obiectionibus hæreticorum nitentium probare filium non esse  
coæternum patri. P

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

io est: quia sine utroq; neutrum est, utrunq; ergo sine interuallo sui est.

*Argumentatio heretici.*

**P** Sed inquiet hæreticus, Omne quod natū est, nō semper fuit: quia in id natū est ut esset. Nemo am-  
bigit quin ea, quæ in rebus humanis nata sunt, ali-  
quando non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci, q̄  
semper nō fuit: aliud est ex eo natum esse, q̄ sem-  
per est. Ibi nec semper fuit, qui pater est: nec sem-  
per pater est: & qui non semper pater est, non sem-  
per genuit: ubi autem semper pater est, semper fi-  
lius est. Quod si semper Deo patri proprium est, q̄  
semper est pater, necesse est filio semper proprium  
esse quod sēper est filius. Quomodo ergo cadet in  
intelligentiam nostram ut non fuerit semper, cui  
proprium est semper esse quod natum est? Natum  
ergo vnigenitum Deum confitemur, sed natum  
ante tēpora, nec ante esse quam natum, nec ante  
natum quā esse, quia nasci quod erat iam, non na-  
sci est, sed seipsum demutare nascendo. Hoc autē  
humanum sensum & intelligentiam excedit mū-  
di, non hoc capit ratio humanæ intelligentiæ, sed  
prudentiæ, fidelis professio est.

*Responsio  
Hilari lib.  
12 fere con-  
t: nuo, supra  
dicto.*

*Ibid. paulo  
inferius.*

*Ibid. inferius*

H I C D E S P I R I T V S A N C T O A G I T V R

*& prius quod sit amor patris & fi-  
lij, dicitur.*

D I S T I N C T. X. **A**

**N**VNC post filii æternitatem, de spiritu sancto  
quantum Deo donante videre conceditur,  
differamus. Spiritus sanctus amor est siue cha-  
ritas, siue dilectio patris & filii. Vnde August. in  
decimo quinto de Trin. lib. ait, Spiritus sanctus  
nec patris est solius, nec filii est solius, sed ambo-  
rum: & ideo cōmunem qua inuicē se diligunt pa-  
ter & filius, nobis insinuat charitatem.

*Aug. in  
principio  
tom. 2.*

*Quod*